



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallebart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Declaratio, Quod gratiæ de non residendo, & percipiendo fructus ratione studij, non valeant sine consensu Ordinarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

## DECLARATIO,

*Quod gratia de non residendo, & percipiendo fructuatione su-  
dij, non valeant sine consensu Ordinarij.*



ANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus oo-  
ster, Dominus Pius, diuina prouidentia Papa IV. ad  
cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata, vela-  
lios sacros Ordinis, aut personalem residentiam re-  
quirentia beneficia obtinentes, sub pretextu quod  
litteris operam dare cupiebant, post confirmationem  
Concilij Tridentini, per Sanctitatem suam factam, & publicam  
secum, vt litterarum studio in loco vbi illud vigeat generale, actu  
insistendo ratione beneficiorum per eos obtentorum huiusmodi  
vsque ad quinquennium vel aliud tempus tunc expressum, dummo-  
do intraprimum illius annum subdiaconi fieret, ad reliquos ordines  
promoueri teneantur, & tam iidem interim, quam alij, etiam ad  
eosdem ordines vel eorum aliquem seu aliquos promoti, quod simi-  
liter studentes beneficiis per eos obtentis per Vicarios idoneos per  
locorum Ordinarios, etiam congrua fructuum beneficiorum hu-  
iusmodi portione illis assignata, vel alias deputandos in diuinis de  
seruendo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia  
incumbentia onera supportando, vsque ad simile tempus personali-  
ter in eisdem beneficiis residere non tenerentur, & nihilominus in-  
terea omnes eorumdem beneficiorum fructus percipere possent, per  
ordinariam Sanctitatis suae Signaturam, seu Penitentiarie suae offi-  
cium dispensari, sibiq; pariter indulgeri obrinuerunt, nullum in his  
vel fraudi, vel circumuentioni locum, praesertim quo ad absentes in  
Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non  
potest, quantum humana ratione prouideri potest, relinquere vo-  
lens, Concilij etiam Tridentini decretis inhaerendo, huiusmodi di-  
spensationes & indulta hactenus concessa ac tam ipsius Peniten-  
tariae quam Apostolicas & alias desuper confectas, & confectandas  
litteras, processusque habitos, & habendos per easdem dictas absen-  
tibus nullatenus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum  
in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis  
praestandus ad id accedat, Apostolica auctoritate declarauit, decre-  
tus irritum, &c.

Placet, publicetur & describatur. I.

LECTA & publicata fuit superscripta Regula Romae in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, die vero Veneris, Vigesima quarta mensis Nouembris, Pontificatus praefati S. D. N. Papae Anno quinto.

A. Lomellinus Custos.

BVLLA

Concil. Tri-  
d. cu declarati-  
one maneat in  
veneranda